



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

14 An credi debeat Praelato dispensanti praemisisse dispensationi causae
cognitionem, praecipue si id affirmet?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

abique causa cognitione validam esse utroque foro, quousque reuocatur; reuocari tamen possit vel ab ipso concedente, vel à superiore ipsius: sic tenent alios plures referentes Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 17. n. 11. Salas disp. 20. sect. 9. num. 79. Suarez lib. 6. de legib. cap. 19. n. 2. Basil. lib. 8. cap. 15. num. 18. Præcipuum fundamentum est, quia licet ius ipsum exposculet cognitionem causæ præmittit dispensationi: non tamen constat illam exposculetur pro forma, & valore ipsius, sed ut licite concedatur. Quod non leuiter colligitur: siquidem æquè illa forma pro dispensatione faciendâ à Prælati inferioribus, & à superioribus Principibus constituitur, ut expendenti iura allegata pro contraria sententiâ constare potest: ac supremi Principes opinantur possunt in legibus à se latis absque causæ cognitione validè dispensare. Ergo etiam possunt inferiores. Et probari satis potest ex cap. nihil de electione, ubi de electo, absque causæ cognitione dicitur deiciendum esse, si indignus sit. Ergo si dignus sit, deici non debet. Quod autem sic concessa dispensatio reuocari possit cum à concedente, tum à superiore illius, est communis Doctorum opinio, ut testatur Salas illa disp. 20. sect. 9. n. 79. quia est contra ius posituum, & naturale concessa. Ergo poterit infirmari, & quasi in pristinum statum reduci, si causa redactibilis est. Quod dixi, quia sunt aliqua impedimenta quibus semel sublati non est in potestate legislatoris ea facere, ut retineantur.

4 Nihilominus probabilis censo utroque foro nullam esse dispensationem factam absque causæ cognitione, etiam si in re causa subsistat: sic docent post alios antiquiores Nauarr. cap. fin. num. 4. de simon. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 15. quest. 9. Et 10. Couarr. de matrim. 2. part. cap. 6. §. 9. num. 11. Suiuica quest. 6. de voto, n. 104. Gutierrez. lib. 1. canon. quest. cap. 19. n. 4. Menoch. consil. 15. n. 15. ubi testatur esse omnium, Barbosa 2. part. de potest. Episcop. alleg. 33. num. 4. Et 5. et alij apud ipsos. Probant: quia non videtur facultas dispensandi inferioribus commissa, nisi statuta iuris ordine: ac ordo iuris exposculet dispensationem præcedere causæ cognitionem, cap. necesse. cap. dispensationis. 1. quest. 7. & ex Trident. sess. 14. cap. 7. de reform. Et sess. 15. cap. 18. de reformat. Secundò & præcipue moueor, quia dispensatio facta sine cognitione causæ, est facta sine causa; quia in tantum causa mouere potest dispensantem, in quantum cognita est: si igitur nulla illius cognitio præcedit, dispensatio non erit data propter illam, & consequenter erit data sine causa. Ex qua ratione sentit Suarez, loquens de voto, lib. 6. c. 27. n. 7. dispensationem voti factam absque cognitione causæ nullam esse, etiam si in re causa subsistat, quod de omnibus legibus superioribus dicere debet.

Neque obstat fundamentum contrarium. Fateor cognitionem causæ exposculetur à Concilio, ut licita sit dispensatio in legislatore dispensante in propria lege: ac in inferioribus exposculetur pro forma; quia inferiores absque causæ cognitione non possunt dispensare, & consequenter non possunt dispensare, quin causam cognoscant, aliàs dispensatio non nititur illi causæ, si cognita non sit.

5 Sed inquires, an hæc cognitio causæ ad licite concedendam dispensationem requirita debeat esse iudicialis, vel sufficiat, quocumque modo nota sit dispensanti. Menoch. alios referens, & late probans illo consil. n. 15. Et 16. iudicalem cognitionem requirit, quia requirit citationem eorum, quorum interest, & terminum datum ad allegandum: aliàs, inquit, non præcedit causæ cognitio.

6 At mihi probabilis est, quocumque modo dispensanti constat de causæ cognitione requisita ad dispensationem, validè dispensare posse. Et in primis, quando causa notoria est, & manifesta, docent ferè omnes Doctores, cum glossa cap. manifesti. 2. quest. 1. cap. si quis sine examinatione, disp. 21. Et cap. fin. verbo qui concubinas, disp. 51. Panormitan. cap. præterea. n. 11. de testibus cogendis, Sanchez alios referens lib. 8. de matrim. disp. 4. num. 22. quia id quod est notorium, examinatione non indiget: habetur enim ac si iure esset probatum. Quando autem causa notoria non est, est tamen nota dispensanti, credo licite dispensantem concedere dispensationem; quia cum à iure solum causæ cognitio pro dispensatione requiratur, & hæc cognitio iudicialis, & extrajudicialis esse possit, immerito ad iudicalem cognitionem restringeretur. Adde cognitionem causæ requiritur, ut videretur temeritas dispensantis, quam omnino vitat, dum sibi de iustificatione causæ constat, & ita docent, relato Syll. verbo dispensatio, in fine, & Bar. in l. Barbarius, ff. de officio pratoris, n. 8. Suarez lib. 6. c. 13. num. 16. Salas disp. 20. sect. 9. n. 79. vers. imò quidam, Basil. lib. 8. c. 15. n. 16.

7 Aduerto in foro externo nunquam admitti dispensationem, nisi probetur testibus causam adiuuissè legitimam pro illius concessione. Hæc tamen probatio post datam dispensationem superuenire potest, qua facta admittenda erit in illo foro dispensatio. sic Suarez lib. 6. cap. 13. num. 16. Basil. lib. 8. cap. 15. num. 15. Et 17. Nunquam tamen existimo requiri necessario, ut ex ipsorum iustitiam dispensationis probetur adiuuissè causam, aut illius cognitionem: sufficit, si testibus, aut alia via constat: quia & hoc iustitiam amitti potest, & nullibi est statutum hoc loco genere probationis probari pos-

se, sic Suarez lib. 6. cap. 13. in fine, & plurius exornat Sanchez lib. 8. disp. 4. n. 5.

8 Neque obstat aliquid motu proprio Principis esse factum, non posse testibus probari, sed solum assertionem Principis dicentis in concessione rescripti motu proprio duci, ut expressè deciditur cap. si motu proprio, de præbendis in 6. Quominus dicamus certam scientiam, & cognitionem causæ ex assertionem tantum Principis probandam esse. Non, inquam, obstat: nam motus proprius imbibit absolutam negationem, nunquam esse sic concessum exposculetur à Principe: quæ negatio aliunde quam ex dicto Principis probari nullatenus potest. Quis enim scire potest, si ante hanc, vel alterum annum quis supplicauerit Principi pro concessione faciendâ? At certa scientia, cum quid posituum includat, probari potest aliunde, quam ex dicto ipsius Principis: sic docet glossa in suprad. si motu proprio, verbo expressè. Menoch. alios referens lib. 2. præsumpt. 20. num. 7. Malc. de probat. concl. 845. n. 23. Thom. Sanchez lib. 8. disp. 4. n. 5. Basil. de Leon lib. 8. c. 15. n. 17.

9 Addit insuper Sanchez num. 6. Menoch. num. 3. & Felin. cap. cum inter, num. 5. vers. intellige de exceptione, & Basil. n. 17. clausulam appositam, Ex certa scientia, in rescripto dispensationis solum operari quoad expressas causas, non tamen operari quoad extrinsecas, quæ in rescripto expressa non sunt; quæ enim ibi non exprimentur, quomodo potest intelligi à Principe esse cognita: ipse enim nequit omnia vitia dispensati nota habere, quod maxime verum habet in supremo Principe, iuxta cap. 1. de constitutionibus, in 6. qui nec tenetur, nec potest facta subditorum nosse; secus vero dicendum forte esset de Episcopo, aut Prælati particularibus, quibus obligatio inest subditorum vitam examinare, & eorum facta crebriò prospicere, qui si dicant se ex certa scientia dispensare, videatur dispensare ex notitia, & scientia omnium impedimentorum, quæ subdito poterant obstatre dispensationi, sic Suarez lib. 8. cap. 13. n. 24. cum Abbate ex cap. innotuit, de elect. num. 9. per textum, & glossam ibi.

PUNCTUM XIV.

An credi debeat Prælato dispensanti præmissis dispensationi causæ cognitionem, præcipue, si id affirmet.

- 1 In foro conscientia optimè ei potest credi.
- 2 In foro externo si in propria lege dispenset. At si causam ex facto alieno pendentem alleget ad dispensandum, tamvis præsumptionem faciat, datur probatio in contrarium.
- 3 In dispensatione legis superioris credendum est assertiui causam habuisse dispensandi, donec contrarium probetur.
- 4 Debet tamen declarare saltem in genere, se habuisse causam, aliàs probabilis est non esse credendum causam adesse.

Reuertit dicendum est, si pro foro conscientia loquamur, dum tibi contrarium non constet, credere potest Prælatum dispensantem causam legitimam dispensandi habuisse, & cognouisse; quia delictum nunquam debet præsumi, nisi probetur, l. si merito si pro socio, ac esset delictum, si Princeps dispensaret absque legitima causa, cuiusque cognitione: non igitur est præsumendum. Adde, ut fidem possit alicui in foro conscientia adhibere, sufficit probabilis aliqua ratio, quod te non decipit. Videtur autem satis probabilis, ut credas te non decipere Prælatum, quod nullum, vel leue ex tali dispensatione commodum illi accrescat, imò potius graue damnum, si absque causa dispenset, siquidem peccat. Ergo nixus hæc ratione, cotidatè procedis, si credas habuisse, & examinasse causam dispensandi, & ita tener expressè Sotus in 4. disp. 21. quest. 2. art. 2. col. antepenult. Et lib. 7. de iustit. quest. 4. art. 3. ad 2. in fine. Suarez de cens. disp. 41. sect. 3. Et lib. 6. de leg. c. 13. n. 16. Th. Sanch. lib. 8. disp. 17. n. 15. Et 16.

2 Si autem pro foro externo loquamur, distinguendum est de dispensatione in propria lege, & in lege superioris, siue positua sit, siue naturalis, vel diuina. In dispensatione ergo propria legis admittentem credendum esse Prælatum dispensanti habuisse causam, si ipse asserat, quia cum ipse absque causa concedere dispensationem possit, non est cur de examinatione causæ pro valore dispensationis moueatur dubium. Quod si causam aliquam alleget, quæ ex facto alieno pendet, ut ferè semper solet fieri in dispensationibus; est eius dictum præsumptionem faciat, non tamen adeò efficacem ut in contrarium non possit admitti probatio, ut pluribus allegatis docet Malc. de probat. concl. 1213. à n. 35. Et seqq. Menoch. volum. 1. consil. 100. n. 25. quia id non est Principem arguere mendacij, sed inculpabilis ignorantia, & deceptionis; non enim omnia specialia potest Princeps cognoscere, cap. 1. de consil. in 6.

3 In dispensatione autem legis superioris, quamque dis-

spensans abique causa concedere non potest, si ipse testetur causam adesse, credendum illi est, donec contrarium probetur: sic Crauer. consil. 135. num. 42. Et tractatus de antiquis tempor. part. 1. num. 32. Menochius plures referens consil. 100. num. 29. Et 30. Malcard. consil. 1233. num. 109. Et seqq. rationem reddunt, quia dictum superioris dispensantis circa causam, facit gravem presumptionem eam adesse, pro qua standum est, donec manifestis rationibus elidatur: imò non contemnendis Doctoribus placet integre probare Principis asserionem, neque posse probationem in constari admitti, sic docuit Bald. in consil. 328. Quatuor si Rex col. penult. vers. porò in Principe, lib. 1. Et consil. 327. vers. utem omnes Reges. Socio. Senior consil. 4. col. 3. lib. 3. Et consil. 87. n. 18. Ial. consil. 2. 17. col. 8. lib. 2. Et consil. 236. col. 2. lib. 2. Alexand. consil. 203. num. 11. lib. 6. Et alij relati à Crauer. ibi tractati de antiquis tempor. Menochius n. 26. Et 27. Malcard. num. 108.

4 Quòd si Princeps dispensando in lege illa superioris non declaraverit, ex qua causa moveatur saltem in genere asserendo ex certa scientia, & sufficienti informatione causae moveri, probabilis est non esse credendum ex causa iusta factam esse dispensationem, ac proinde nec validam esse: tum quia frustra expostulata esset causa pro valore dispensationis, si quousque sit dispensatio, semper accessit causam sit praesumendam. tum quia debet Princeps significare non tementè, sed cordatè, & ex iuris ordine, scilicet ex cognitione causae praefuisse, cum autem id non significaverit, merito eius dispensatio repellitur. sic tenet Menochius de praesumpt. l. lib. 2. tota praesumpt. 20. Et consil. 100. numero 30. Et 31. Malcard. d. probat. quibuslibet. 133. num. 109. Navar. lib. 3. consil. 11. de regulari. consil. 56. Et commun. de spens. super. c. om. licet. 12. q. 2. §. 2. num. 7. Et 8. Sanchez lib. 8. disp. 17. n. 14. Et 16.

PUNCTUM XV.

Quas conditiones servare debeant hi, quibus committitur dispensationis expedire.

Sicut alii, quibus non tam facultas dispensandi, quam dispensatio ipsa expedire committitur. Videndum est, quae conditiones servare debeant tam dispensatione concessa pro foro externo, quam concessa pro foro conscientiae.

§. I.

Explicantur clausulae, quae communiter apponi solent in dispensatione pro foro conscientiae.

- 1 Explicatur prima clausula de qualitatibus in delegato requisitis esse, inquam, Magistrum in Theologia, vel Doctorem iuris canonici, & ab ordinario approbatum.
- 2 Sacerdotes Societatis Iesv habent hoc privilegium, quamvis non sint gradu Doctoris, vel Magistri insigniti.
- 3 Potest dispensandi relicto uno dispensante, alium adire in dispensationibus concessis pro foro interno, secus pro foro externo.
- 4 Primitus debet dispensans causam cognitionem, aliàs non est dispensatio: ut dicto tamen non iurato dispensandi creditur, & explicantur reliqua alia conditiones.
- 5 An absolutio sacramentalis primitus debeat, Affirmat Basil. de Leon.
- 6 Probabilis est oppositum.
- 7 Qua ratione facienda est commutatio ipi pro opera.
- 8 An necessario littera dilananda sint.
- 9 Qua ratione impedimentum a dispensandum debeat esse occultum.
- 10 Neque ad contentiosum forum adductum.
- 11 Quid si deductum sit, & non sit probatum integre, sed semiplene.
- 12 Quid si plene probatum, & punium.
- 13 Qua ratione contra impedimenti signatus conscius debet fieri nullitatis prioris matrimonij.
- 14 Quid de potestate legitimandi prolem in his dispensationibus concessis.

1 Hanc dispensationis formam tam pro voto castitatis, quam pro quolibet alio impedimento ad matrimonium coherendum refert Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. à n. 1. ubi videtur potest.

Prima ergo clausula continet qualitatem personae, cui committitur dispensatio. Requiritur enim, ut talis delegatus insignitus sit gradu Doctoratus canonici iuris, in aliqua Academia, vel Magistri in Theologia: neque sufficit esse Licentiatum in decretis, aut Theologia, aut Doctorem iuris Caesarei. Neque item harum facultatum professorem in Academia ap-

probata, quantumvis idoneum. Item nec sufficit esse Magistrum in Theologia ex instituto aliquarum religionum, sed necessario requiritur, ut gradu Doctoris, & Magistri insignitus sit in aliqua universitate approbata, iuxta textum in cap. statutum, de re script. in 6. Item neque sufficit si communi errore quis existimetur magistrum gradum habere: quia communis error non dat qualitatem sed iurisdictionem: cum autem in praesenti qualitas in persona electa requiratur, & haec deficiat, deficit conditio, ut valide eligi possit. sic Basilus libro 8. cap. 21. §. 1. num. 13. Insuper requiritur esse ab ordinario approbatum ad confessiones excipiendas; constat ex tenore litterarum, quae communiter expediuntur, quaeque refert Sanchez lib. 8. disp. 34. n. 1. 2. Et 3. Salas disp. 20. de legib. sect. 10. n. 96.

Quae autem approbatio requiratur? Thomas Sanchez disp. 34. num. 16. sufficere placet, etiam si pro singularibus personis data sit verbi gratia, pro viris, non pro feminis, pro personis huius oppidis, quia ille est approbatus: neque approbatio restringenda est ad approbationem absolutam. At probabilis credo non sufficere, si respectu lateris approbatus non sit. Tum quia est sauis probabile non posse has litteras expedire, nisi praesentia sacramentali confessione. Ergo qui illam efficere non est capax, non erit capax huius delegationis. Adde approbationem debere esse comparationem alicuius; ergo comparatione illius, qui illum ad dispensandum egerit, sic docet Basilus lib. 8. cap. 1. §. 1. num. 13. Si autem ex communi errore aliquis existimetur parochus, vel approbatus ab ordinario, is valide expediet has litteras; quia is, qui ex communi errore approbatus existimatur, ab ordinario approbatur, & iurisdictioni ei conceditur; secus vero est in qualitate Magistri, ut diximus; magistrum non est qualitas concedens iurisdictionem, secus approbatio.

2 Sacerdotes tamen Societatis Iesv, quibus Generales, aut alij superiores permittunt, privilegium habent ad expedendas has litteras, ex privilegio Gregor. XIII. concessio 3. Aprilis anno 1582. constatque ex compendio privilegiorum, verbo Confessarius, n. 3. licet nullo gradu Doctoratus, aut Magistri sine insigniti. tradit Sanchez supra n. 11. Basil. c. 21. num. 13. Salas disp. 20. de legib. sect. 10. n. 97. Rodriq. tom. 1. qq. regul. 2. 63. art. 8.

3 Quòd si hic Doctor, vel Magister iudicet esse subrepticam, aut invalidam dispensationem, potest mutare postea sententiam, vel impetrans dispensationem potest alium adire, qui sibi videatur dispensationem validam esse iudicaturus. Ratio est, quia haec dispensationes, cum committantur Confessario in foro conscientiae tantum, sequuntur naturam illius fori, in quo potest iudex sententiam datam reuocare, vel poenitens aliud denuò adire, ut patet in eo, qui ex privilegio ad absolutionem censurae, aut peccati, aut ad voti commutationem elegit confessorem, potest alium & alium adire, quando primi electi sententia ei non placuerit, sic Sanchez disp. 27. n. 40. Basil. n. 14. Secus vero est in dispensationibus, quae pro foro externo conceduntur; ibi enim si iudex delegatus declaret esse subrepticam, aut validam, cum fuerit officio suo, ad quod fuit delegatus, non habet amplius quid faciat, neque alius adiri potest, ut communiter tradunt Doctores in l. iudex postquam, ff. de re iudicata, & docet Sanchez disp. 27. numero 39. Basil. num. 14.

4 Secunda clausula continet condiciones aliquas observandas ante dispensationis expeditionem. Debet enim Confessarius verificationem causarum, quae allegatae sunt ad dispensationem, indagare. Vnde si abique examine, cognitione & causarum dispensationem expedit, nulla erit dispensatio; quia Pontifex non vult prodesse dispensationem, nisi sub conditione, & forma huius examinis, ut constat ex verbis in litteris dispensationis appositis, ubi, si ita esse per diligentem lateris examinationem, ut post monita, & consilia opportuna illi praesita, invenitur. Quod adeo verum est, ut etiam causa subfisteret, nulla esset dispensatio omisso hoc examine, quia omittitur forma, & conditio requisita: sic cum Gutier. docet Sanchez disp. 34. num. 26. Salas disp. 20. sect. 10. n. 97. Basil. num. 16. Examen hoc non debet fieri recipiendo testes, sed solum interrogando ipsum latorem, cui in hac parte fides est omnino adhibenda. An autem requiratur iuramentum à latore expostulari? Dicendum, inquam est, necessarium non esse, quia diligenter examinari potest lator, abique eo, quòd iuramento grauetur, sicuti examinatur in foro poenitentiae: cui foro haec expedire maxime est conformis Sanchez disp. 34. n. 21. Salas sect. 10. n. 97. Non tamen condemnandam eum, qui ut plenius sibi satisficeret, hoc iuramentum à partibus expostularet, sic Basil. num. 16. quia haec expedire non plene imitatur sacramentale forum. Si tamen constat causam esse notoriam, & manifestam, vel ipsi confessario sauis cognitam, nullum erit examen necessarium praemittendum, quia cessat causa, ob quam mandatur, scilicet cognitio veritatis. Thomas Sanchez Salas, Basil. supra. Quòd si Confessarius aliunde cognoscit causam esse fallam, non debet credere lateri, nec potest ex qui dispensationem; quia hoc examen ad veritatem indagandam assumitur, quae cum iam indagata sit, impertinens est lateri in contrarium testificatio: sic Sanchez, Salas, Basil. supra. Consilia

DE
ASTRO
PALAC
TOM
II